

# 20<sup>TH</sup> LATIN SUMMER SCHOOL

JANUARY 20-24, 2014

Education Building, University of Sydney

## LEVEL 2A

Instructors: **JOHN COOMBS**  
**MIKE SALTER**



## EPIGRAMMATA MARTIALIS II

Empta domus fuerat tibi, Tongiliane, ducentis:  
Abstulit hanc nimium casus in urbe frequens.  
Conlatum est deciens. Rogo, non potes ipse videri  
Incendisse tuam, Tongiliane, domum?

*Translate in this order.*

Tongiliane, empta domus fuerat tibi ducentis. casus nimium frequens in urbe abstulit hanc. deciens est conlatum. Non potes ipse videri incendisse tuam domum, Tongiliane?

ducentis: ablative of cost *for two hundred*

abstulit: from *aufero* 'take away'

casus: accident

conlatum: from *confero* 'gathered'

non potes...videri incendisse: accusative + infinitive '*can you not seem to have burnt...?*'

Chirurgus fuerat, nunc est vispillo Diaulus  
 coepit quo poterat clinicus esse modo.

*Translate in this order.*

Diaulus fuerat chirurgus, nunc est vispillo. Modo coepit esse clinicus quo poterat.

Quo poterat: in what way he had been able

modo: just now

Callidus imposuit nuper mihi copo Ravennae.  
 Cum peterem mixtum, vendidit ille merum.

*Translate in this order.*

Ravennae nuper callidus copo imposuit mihi. Cum peterem (vinum) mixtum ille vendidit merum

imposuit mihi: cheated me

Ravennae: locative *at Ravenna*

Nos bibimus vitro, tu murrā, Pontice, quare?  
 prodat perspicuus ne duo vina calix.

*Translate in this order:*

Nos bibimus vitro, tu (bibis) murrā, Pontice. Quare? Ne perspicuus calix prodat duo vina.

murrā: myrrh. A mineral, perhaps, fluorspar, out of which expensive goblets could be made

Fama refert nostros te, Fidentine, libellos  
 Non aliter populo quam recitare tuos.  
 Si mea vis dici, gratis tibi carmina mittam:  
 Si dici tua vis, hoc eme, ne mea sint.

*Translate in this order*

Fama refert te, Fidentine, nostros libellos recitare populo non aliter quam tuos. Si vis (ea) dici mea mittam carmina tibi gratis. Si vis (ea) dici tua, eme hoc ne sint mea.

te...recitare: accusative + infinitive after *refert* 'that you recite'  
 (ea) mea ... dici: (them) to be called mine

### Metre

Elegaic couplets, i.e. alternating lines of hexameters:  $\begin{array}{cccccccc} - & \sim & | & - & \sim & | & // & \sim & | & - & \sim & | & - & \sim & | & - \\ - & - & | & - & - & | & // & - & - & | & - & \sim & | & - & - \end{array}$

and pentameters:  $\begin{array}{ccccccc} - & \sim & | & - & \sim & | & // & - & \sim & | & \sim & - \\ - & - & | & - & - & | & // & - & \sim & | & \sim & - \end{array}$

## VICTORIS BAROCÆ DE LACERNELLĀ RUBRĀ

(*mutatis mutandis*)

Olim erat parva puella quæ in silvā habitabat. Mater puellam multum amabat, sed avia eam adeo amabat ut ei pulcherrimam lacernam rubram daret. Puella semper lacernam gerebat et post breve tempus Lacernella Rubra appellata est.

Quodam die mater cibo aviae parato, Lacernellam Rubram vocavit. “Fer, filia, hunc cibum ad domum aviae, timeo enim ne ea ægra sit.” Lacernella Rubra corbem cibi ferens ad domum aviae profecta est.

Avia in alio oppido habitabat et, ut eam visitaret, per silvam ambulandum erat Lacernellæ Rubræ. Mox, in aterrimā silvæ parte, magnus lupus Lacernellam Rubram vidit. Lupus esuriens puellam edere cupivit neque ausus est. “Multi lignatores in silvā sunt,” putat lupus, “et certe occidar ego si puellam oppugnavero. Ergo, dolo utar.” Puellam appropinquans rogavit “Quo, puella, cum corbe is?”

Lacernella Rubra numquam lupum viderat nec periculum recognovit. ‘Eo ad domum aviae ut ei cibum dem,’ lupo respondavit.

Deinde lupus rogavit ubi avia habitaret, et Lacernella Rubra aviam in parvā domo ad flumen in vicino oppido habitare respondit. Lupus puellæ gratias egit et abiit. Lacernella Rubra iterum ambulare coepit. Lupus autem quam celerrime ad domum aviae cucurrit. Perveniens portam pulsavit, et avia rogavit quis adesset. “Tua neptis Lacernella Rubra adsum” ait lupus parvā voce, “tibi cibum tuli.” Cum avia portam aperuisset, lupus in cameram saliens aviam rapuit, et, eheu, eam voravit! Sedens post cenam, lupus pulsationem audivit.

“Quis adest?” rogavit lupus. ‘Neptis tua Lacernella rubra adsum,’ respondit vox. Vera Lacernella Rubra pervenerat. Lupus cubiculo aviae pervento vestibisque aviae sumptis dixit “Intra, neptis.” Lacernella Rubra vocem non recognovit, sed putans aviam faucibus ægram esse intravit.

“In cubiculo adsum, neptis, intra,” ait lupus. Lacernella Rubra in cubiculum intrans lupum vestes aviae gerentem vidit.

“En, tanti oculi tibi sunt, avia” clamavit Lacernella Rubra, ingentes oculos lupi videns.

“Ita, quo melius te videam, cara mea” respondit lupus.

“Et tantæ aures tibi sunt, avia”

“Quo melius te audiam, cara mea”

“Et tanti dentes tibi sunt, avia”

“Quo melius te vorem! Cara mea” clamavit lupus, e cubili saliens ut Lacernellam rubram raperet.

“Eheu, Me iuva, iuva!” clamavit Lacernella Rubra. Subito lignator, qui forte haud procul laborabat, clamore audito intravit. Lupum uno ictu securis necavit, Lacernellam Rubram servans. Paucis annis post, lignator Lacernellam Rubram in matrimonium duxit, et feliciter postea habitabant. Et illa est fabula Lacernellæ Rubræ.

Lacernella: **lacerna**, ‘cloak’, is the closest you will get to it in a classical Latin Dictionary.

*mutatis mutandis*: ablative absolute, lit. ‘the things that needed to be changed having been changed’. *mutatis* is a past participle ‘things that have been changed’. *mutandis* is a gerundive ‘things that need to be changed’ adeo...ut: ‘so much...that’

Quodam die: ablative showing time when, ‘on a certain day’.

cibo...parato: food having been prepared.

aviae: dative case, ‘for grandmother’.

timeo...ne ea ægra sit: **timeo** takes **ne**+subjunctive. **ea** refers to grandmother, 'I fear that/lest she is sick'.

ut eam visitaret: literally 'in order that she might visit her'

ambulandum erat Lacernellæ Rubræ: 'it was necessary for LRRH to walk. **Ambulandum** is a gerundive. With a part of the verb **sum** it expresses necessity and takes the dative case. si...oppugnvero: future perfect tense in Latin, but use present 'if I attack the girl' in English.

dolo utar: *dolo* is ablative case after *utar*

Quo: where, in sense of 'to what place, whither'.

ut...dem: literally 'so that I may give her food'.

aviam...habitare: accusative+infinitive construction, 'that grandmother lived in...'

quam celerrime: 'as quickly as possible'.

quis adesset: 'who was there' imperfect subjunctive, as it is a dependent clause after **rogavit**.

tuli: perfect tense of **fero** 'carry'

Cum...aperuisset: 'when...had opened'.

cubiculo...pervento: ablative absolute, 'the bed having been reached'

vestibus...sumptis: ablative absolute 'clothes having been put on'

faucibus ægram: 'sick in the throat' **aviam ægram ... esse**, (acc. + inf. after *putans*) note that **faucibus** is plural.

Ita: used here as affirmative, 'yes'.

quo melius: 'all the better.' (literally 'by which the better')

clamore audito: ablative absolute 'a cry having been heard'

## AUSONII DE QUODAM SILVIO BONO QUI ERAT BRITO

Silvius ille bonus est, qui carmina nostra lacessit,

nostra magis meruit disticha, Brito bonus.

Silvius hic bonus est. Quis Silvius? Iste Britannus.

Aut Brito hic non est silvius aut malus est.

Silvius esse Bonus fertur ferturque Britannus:

quis credat civem degenerasse bonum?

Nemo bonus Brito est. Si simplex Silvius esse

incipiat, simplex desinat esse bonus

Silvius hic Bonus est, sed Brito est Silvius idem:

simplicior res est, credite, Brito malus.

Silvi, Brito Bonus; quamvis homo non bonus esse

ferris nec <se quit> iungere Brito Bono

nostra: 'my' with *carmina* is accusative plural

disticha: A Greek word 'verses'

civem degenerasse bonum: accusative + infinitive after *credat* 'that a good citizen has sunk so low?'

simplex: 'plain'

ferris: 'you are said', present passive of *fero*

quit: from *queo* 'be able'

**Metre:** Elegaic couplets (See page 2)

## DE REGIBUS ROMANIS

19) De Romuli vitā factisque fabulæ multæ sunt: nihil pro certo habemus. Multis post annis Romani regem eligunt Numam Pompilium. (*Vellacott, p.212*)

**Inclita iustitia religioque eā tempestate Numae Pompili erat. Curibus Sabinis habitabat, consultissimus vir, ut in illā quisquam esse aetate poterat, omnis divini atque humani iuris. (Livy I,18)**

Is leges civitati dat, dies festas instituit, sacrificia diligenter curat. Ita di civitati Romanæ amici sunt, cives Romani et in pace et in bello deorum auxilium semper sperant. Et numerus et potestas civium Romanorum semper crescit.

20) Post eum rex proximus gente Latinā est, Tullus Hostilius nomine. Est eo tempore contentio inter duas urbes, Romam et Albam, de imperio gentis Latinæ. Tullus Albanos armis oppugnat et prælio vincit. Tum urbem Albam delet, et Albanorum reliqui postea Romam veniunt et ibi habitant.

21) Rex quartus Ancus Martius est. Romani et Etrusci (qui Trans Tiberim habitant) non iam pugnant sed amici sunt.: mercatores Etrusci in urbe multi habitant. Ancus pontem in Tiberi flumine ædificat. Mercatorum magnus numerus per hunc pontem inter Etruriam ceteramque Italiam semper iter faciunt. Mox Roma urbs dives est. Portum quoque in ore tiberis Ancus ædificat: etiam hodie nomen loci Ostia est.

22) Interea mercatores Etrusci multi et divites Romæ habitant, et magnam inter cives potestatem habent. (Vellacott p.213)

**Anco regnante Lucumo, vir impiger ac divitiis potens, Romam commigravit cupidine maxime ac spe magni honoris, cuius adipiscendi Tarquiniis- nam ibi quoque peregrinā stirpe oriundus erat- facultas non fuerat. (Livy I, 34)**

Eum cives regem eligunt. Nomen ei Tarquinio est (nam id verbum Etruscum regem significat). Romani iis temporibus minus bello, magis negotiis se dedunt. Adhuc inter Romanos Etruscoque amicitia est.

23) Tarquini successor Servius Tullius urbem iam divitem magno et novo muro cingit et novis ædificiis ornat. Præterea et ordinis militares et suffragia civium instituit. Cives omnes suffragia habent: nobiles tamen adhuc potestatem magnam habent, pauperes parvam. Roma iam civitas mercatorum et militum est: Et principes Etrusci multas urbes Latinas regunt. (Vellacott, p. 213)

**Inde L. Tarquinius regnare coepit, cui Superbo cognomen facta indiderunt, quia socerum gener sepultura prohibuit, Romulum quoque insepultum perisse dictitans, primoresque patrum quos Servi rebus fuisse credebat, interficit. (Livy I, 49)**

24) Is magnum templum Iovi in monte Capitolino ædificat. Urbes Latinas multas sub imperio Romano tenet. Sed homo improbus est: præterea filium improbum habet. Rex filii scelera non coercet. Tandem cives arrogantiam patris, scelera filii, non ferunt: regem filiumque in exilium mittunt (Vellacott, p 213)

De...vitā factisque: *de* ‘concerning’, takes the ablative  
civitati Romanæ: in dative case after *amici*

Inclita...erat: translate in this order; *Eā tempestate inclita erat iustitia religioque Numae Pompili.*

Curibus Sabinis: locative case, ‘at Cures of the Sabines’

consultissimus...iuris: translate in this order *vir consultissimus omnis divini atque humani iuris,*  
*ut quisquam in illā aetate poterat esse.*

consultissimus: superlative of *consultus* ‘learned’

omnis: genitive case with *divini...iuris* after *consultissimus*

ut: ‘insofar as’

civitati Romanæ: dative case after *amici*

Romæ: locative case ‘at Rome’

Anco regnante: ablative absolute ‘during the reign of Ancus’

divitiis potens: wealthy

Romam: ‘to Rome’ The accusative case showing movement towards even without a preposition.

cupidine...spe: ‘in the desire and hope of...’

cuius adipiscendi: *cuius* ‘of which’ refers to *magni honoris*. *Adipiscendi* ‘of obtaining’ is the gerund of *adipiscor*,  
genitive after *facultas*

Tarquiniis: locative case ‘At Tarquiniis’

oriundus erat: ‘had been born’, from *orior*

Nomen ei Tarquinio: This is called **predicative dative**. ‘Tarquin was as a name to him  
facta: ‘deeds’, subject of *indiderunt* perfect of *indo* ‘give to’

Superbo: agrees with *cui*. Logically it should be in the accusative case like *cognomen*.

socerum..prohibuit: ‘as a son-in-law he denied the rites of burial to his father-in-law.

Romulum...perisse: acc.+ inf. After *dictitans*, the present participle of *dictito* ‘exclaim’, ‘often saying’. ‘...that

Romulus also had died without burial’

primoresque patrum: ‘the leading senators’

quos...favisse: acc.+ inf. after *credebat* ‘whom he believed to have favoured the government of Servius’

coercet: ‘controls’

## THE MYTHICAL ORIGINS OF THE BRITONS

*When Vergil made use of the story of the Trojan origins of the Roman people in his Aeneid it set a precedent for historians to create respectability and a link with the Romans for their own people by means of histories which invoked a Trojan pedigree. In Nennius' Historia Brittonum dating from the first half of the ninth century we find the Welsh being linked with the Trojans.*

### *e Nenni Historiā Brittonum*

**10** Si quis scire voluerit, quo tempore post diluuium habitata est haec insula, hoc experimentum bifarie inveni.

In annalibus autem Romanorum sic scriptum est. Aeneas post Troianum bellum cum Ascanio filio suo venit ad Italiam et superato Turno accepit Laviniam filiam Latini filii Fauni, filii Pici, filii Saturni in coniugium et post mortem Latini regnum obtinuit Romanorum vel Latinorum. Aeneas autem Albam condidit et postea uxorem duxit et peperit ei filium nomine Silvium. Silvius autem duxit uxorem et gravida fuit et nuntiatum est Aeneae, quod nurus sua gravida esset et misit ad Ascanium filium suum, ut mitteret magum suum ad considerandam uxorem, ut exploraret quid haberet in utero, si masculum vel feminam. et magus consideravit uxorem et reversus est. propter hanc vaticinationem magus occisus est ab Ascanio, quia dixit Ascanio, quod masculum haberet in utero mulier et filius mortis erit, quia occidet patrem suum et matrem suam et erit exosus omnibus hominibus. sic evenit: in nativitate illius mulier mortua est et nutritus est filius et vocatum est nomen eius Britto.

Post multum intervallum iuxta vaticinationem magi, dum ipse ludebat cum aliis, ictu sagittae occidit patrem suum non de industriā, sed casu. et expulsus est ab Italiā et arminilis fuit et venit ad insulas maris Tyrreni et expulsus est a Graecis causa occisionis Turni, quam Aeneas occiderat, et pervenit ad Gallos usque et ibi condidit civitatem Turonorum, quae vocatur Turnis. et postea ad istam pervenit insulam, quae a nomine suo accepit nomen, id est Britanniam et implevit eam cum suo genere et habitavit ibi. ab illo autem die habitata est Britannia usque in hodiernum diem.

voluerit: future perfect of *volo*, use present tense in English

experimentum bifarie: translate as *alternative explanation*

superato Turno: ablative absolute *Turnus having been overcome*

ad considerandam uxorem: a gerundive *to his wife to be considered* i.e. *to consider his wife*

intervallum: here an interval of time

iuxta: here *according to*

industriā...casu: *on purpose...accidentally*

arminilis:

*In c.1136 Geoffrey of Monmouth completed his Historia Regum Britanniae incorporating the same story.*

### *e Historiā Regum Britanniae Galfridi Manumetensis*

**1. XVI** Erat tunc nomen insulae Albion, quae e nemine, exceptis paucis gigantibus, inhabitabatur, amoeno tamen situ locorum et copiā piscosorum fluminum, nemoribusque praelectā, affectum habitandi Bruto sociisque inferebat. Peragratis ergo quibusque provinciis, repertos gigantes ad cavernas montium fugant, patriam

donante duce sortiuntur. Agros colere incipiunt, domos aedificare, ita ut brevi tempore terram ab aevo inhabitatam censeret. Denique Brutus de nomine suo insulam Britanniam, sociosque suos Britones appellat: volebat enim ex derivatione nominis memoriam habere perpetuam. Unde postmodum loquela gentis, quae prius Trojana sive curvum Graecum nuncupabatur, Britannica dicta est

At Corineus portionem regni quae sorti suae cesserat, ab appellatione sui nominis Corineam vocat, populumque Coriniensem, exemplum ducis insecutus: qui cum prae omnibus qui advenerant electionem provinciarum posset habere, maluit regionem illam quae nunc vel a cornu Britanniae, vel per corruptionem praedicti nominis Cornubia appellatur.

*Brutus was the first of a line of 99 kings, according to Geoffrey, who ruled Britain until the seventh century. The most famous of these kings was Arthur.*

praelectā:

inferebat: the subject is 'it' i.e. the island

Peragratis...provinciis: ablative absolute *each of the regions having been explored*

donante duce: ablative absolute *with their leader giving*

ita ut... censeret: *so that you would think*

terram inhabitatam: accusative + infinitive after 'censeret' ... *that the land had been inhabited*

cum: here means *although*

*In c.1191 Gerald the Welshman completed his Descriptio Kambriæ which includes an explanation of how Britain was divided amongst the sons of Brutus.*

### *e Giraldi Cambrensis Descriptione Kambriæ*

1. VII Dicta est autem Kambria a duce Kambro, Bruti filio. Brutus etenim ab Eneā, mediantibus avo Ascanio et patre Silvio, descendens, et Trojanorum reliquias, qui in Greciā detenti fuerant, in occiduam hanc insulam ducens, cum annis non paucis feliciter regnasset, et tam terræ quam genti de suo nomine nomina dedisset, in extremo tandem positus articulo, tribus filiis suis regnum Britanniae totale divisit. Primo et primævo, scilicet Locrino, medium illius...inter Humbrum et Sabrinam; quod et ab ejus nomine Loegria vocatur. Juniori vero, Albanacto, totam trans Humbrum insulæ partem, quæ ab ejus nomine Albania dicitur. Medio vero, scilicet Kambro, totam trans Sabrinam regionem, quæ similiter et ejus nomine Kambria nomen accepit. Hinc igitur proprie et vere patria Kambria, hinc patriotæ Kambri dicuntur vel Kambrenses. Eorum autem qui Kembraec, linguam Kambricam, a Kam Græco, hoc est, distorto Græco, propter linguarum affinitatem, quæ ob diutinam in Greciā moram contracta est, dictum asserunt, probabilis quidem et verisimilis est, minus tamen vera relatio.

mediantibus...Silvio: ablative absolute *with...coming in between*

occiduam: here *western*

in extremo...articulo: placed at the final point (of his life) i.e. *on his deathbed*

primo et primævo: *to his first and eldest*

scilicet: here *it is certain*

Kembraec: *Cymraeg*, the Welsh language

Kam: Welsh for *crooked*

### *from RES GESTÆ DIVI AUGUSTI*

3. Bella terra et mari civilia externaque toto in orbe terrarum saepe gessi, victorque omnibus veniam petentibus civibus peperi. Externas gentes, quibus tuto ignosci potuit, conservare quam excidere malui. Millia civium Romanorum sub sacramento meo fuerunt circiter quingenta. Ex quibus deduxi in colonias aut remisi in municipia sua stipendis emeritis millia ahiquanto plura quam trecenta, et iis omnibus agros adsignavi aut pecuniam pro præmiis militiæ dedi. Naves cepi sescentas præter eas, si quae minores quam triremes fuerunt.

gestæ, gessi: *from gero*

peperci: *from parco*  
 tuto: (adverb) safely  
 quam: rather than  
 sub sacramento meo: under oath to Augustus,  
 millia ... circiter quingenta: about 500 000  
 stipendis emeritis: after their military service  
 millia aliquanta plura quam trecenta: rather more than 300 000  
 pro praemiis militiae: as a reward for military service

8. Patriciorum numerum auxi consul quintum iussu populi et senatus. Senatum ter legi et in consulate sexto censum populi conlega M. Agrippa egi. Lustrum post annum alterum et quadragesimum feci, quo lustrum civium Romanorum censa sunt capita quadrages centum millia et sexaginta tria millia. Tum iterum consulari cum imperio lustrum solus feci C. Censorino et C. Asinio cos., quo lustrum censa sunt civium Romanorum capita quadrages centum millia et ducenta triginta tria millia. Et tertium consulari cum imperio lustrum conlega Tib. Caesare filio meo feci Sex. Pompeio et Sex. Appuleio cos., quo lustrum censa sunt civium Romanorum capitum quadrages centum millia et nongenta triginta et septem millia. Legibus novis me auctore latis multa exempla maiorum exolescentia iam ex nostro saeculo reduxi et ipse multarum rerum exempla imitanda posteris tradidi.

auxi: from **augeo**  
 consul quintum: as consul for the fifth time, likewise wherever **consul + ordinal number** occurs  
 legi: here means 'revised the roll of the senate'  
 censum ... egi: I conducted a census  
 lustrum: a purificatory sacrifice on behalf of the whole people supposed to be conducted by censors at the end of their term of office  
 quadrages centum millia et sexaginta tria millia: 4 063 000  
 cos.: consilibus  
 quadrages centum millia et ducenta triginta tria millia: 4, 233 000  
 tertium: thirdly  
 quadrages centum millia et nongenta triginta et septem millia: 4 937 000

13. Ianum Quirinum, quem clausum esse maiores nostri voluerant cum per totum imperium populi Romani terram marique esset parta victoriis pax, cum, priusquam nascerer, a condita urbe bis omnino clausum fuisse prodatur memoriae, ter me principe senatus claudendum esse censuit.

maiores nostri: our ancestors  
 parta: from **pario** here 'obtained, secured'  
 prodatur memoriae: tradition records (lit. it is handed to memory)  
 me principe: ablative absolute 'when I was leading citizen'

15. Plebei Romanae viritim HS trecenos numeravi ex testamento patris mei et nomine meo HS quadringenos ex bellorum manibiis consul quintum dedi, iterum autem in consulatu decimo ex patrimonio meo HS quadringenos congiari viritim pernumeravi, et consul undecimum duodecim frumentationes frumento privatim coempto emensus sum, et tribuniciam potestate duodecimum quadringenos nummos tertium viritim dedi. Quae mea congiaria pervenerunt ad hominum millia numquam minus quinquaginta et ducenta. Tribuniciae potestatis duodevicesimum, consul XII, trecentis et viginti millibus plebis urbanae sexagenos denarios viritim dedi. Et colonis militum meorum consul quintum ex manibiis viritim millia nummum singula dedi; acceperunt id triumphale congiarium in colonis hominum circiter centum et viginti millia. Consul tertium decimum sexagenos denarius plebei quae tum frumentum publicum accipiebat dedi; ea millia hominum paullo plura quam ducenta fuerunt.

HS: sesterces  
 numeravi: here 'I paid'



patris mei: referring to his adoptive father, Julius Cæsar  
 ex bellorum manibiis: from the booty of wars  
 congiari: as a largesse  
 frumento ... coempto: ablative absolute, 'grain having been bought' (I bought grain and ...)  
 emensus: from **emetior** here 'measured out, distributed'  
 tertium: for the third time  
 quinquaginta et ducenta: 250 000  
 trecentis et viginti millibus plebis urbanæ: to 320 000 of the plebs of the city of Rome  
 centum et viginti millia: 120 000 This is the subject of **acciperunt**  
 triumphale: at the time of my triumph  
 millia hominum paullo plura quam ducenta: a few more than 200 000 persons

20 Capitolium et Pompeium theatrum utrumque opus impensā grandi refeci sine ullā inscriptione nominis mei. Rivos aquarum compluribus locis vetustate labentes refeci, et aquam quae Marcia appellatur duplicavi fonte novo in rivum eius inmisso. Forum Julium et basilicam quæ fuit inter ædem Castoris et ædem Saturni, coepta profligataque opera a patre meo, perfeci et eandem basilicam consumptam incendio, ampliato eius solo, sub titulo nominis filiorum meorum incohavi, et, si vivus non perfecissem, perfici ab heredibus meis iussi. Duo et octoginta templa deum in urbe consul sextum ex auctoritate senatūs refeci nullo prætermisso quod eo tempore refici debebat. Consul septimum viam Flaminiam ab urbe Ariminum refeci pontesque omnes præter Mulvium et Minucium.

rivos: here 'artificial watercourses'  
 fonte novo ... inmisso: ablative absolute, 'a new spring having been placed in...'  
 ampliato ... solo: ablative absolute, 'its site having been increased'  
 nullo prætermisso: ablative absolute, 'none having been neglected'